ma participialis, vel forma participialis usitata tantummodo cum additione affixi *g*; nam forma participialis propria et usitata est *Pinmíkes*, ut patet ex verbi prospectu juxta varias characteristicas.

13. *NÉUIT* vel *ÉUIT* est desinentia, quæ appingitur omnis generis vocibus, ut cudantur nomina abstracta; v. g.

Hamanáuit	virilitas	Hama	vir
Keíunnéuit	senilitas	Keíun	senex
Hazualáuit	pueritia	Házual	puer
Hayatunáuit	muliebritas	Háyat	mulier
Hatuainánit	anilitas	Hátuai	anus
Pitinnéuit	puellaritas	Pitín	puella
Titókannáuit	humanitas	Titókan	homo
Zikámkaláuit	canilitas	Zikámkal	canis
Ziziuáisnáuit	admirabilitas	Ziziuáis	admirabilis
Amkakáisnáuit	mansuetudo.	Amkakáiz	mansuetus.

Voces desinentes in *l* sibi adjiciunt *éuit*, áuit.

14. *UIT* est desinentia, quæ appingitur vocibus, (saltem immediate non derivatis ex verbis) ut formentur nomina concreta; v. g.

Hámauit	virilis mos	Háma	vir
Háyatuit	muliebris mos	Háyat	mulier
Titókauit	humanus mos	Titókan	homo
Ziziuáisuit	factum admirabile	Ziziuáis	admirabilis
Amkakáizuit	mitis mos.	Amkakáiz	mitis.

Nomina autem concreta, quæ ex verbis immediate educuntur, multiplicem habent desinentiam, ut patet ex iis, quæ dicta sunt, ubi de nomine verbali agitur, quæque consulere poteris, si pleniorem notitiam cupis habere.

15. *NÍG* est desinentia, quæ adjicitur omnibus vocibus, ut intensitas exprimatur. Hæc vocula bene vertitur in latinam